

Liber. v.vi.7.vii.politicorum.

Dagno civitates magis sunt sine seditione
q̄ parue, q̄ multū est ibi remedium.

In magnis negotiis oportet unum negotiari
ad unum opus quia melior est cura intenta
circa unum, q̄ circa plura.

Nuntii politicorum.

Sed est plus est in equale vincitur.
Propter inequale sit sedatio ubiq̄.

Mobilitas generis et diuitie: principia et fontes
sunt seditionum.

Mobilitas est virtus que in paucis inuenit
quia nobiles et boni nusquam inter centum,
alii autē multi in multis locis.

Pionores vi fiant equeles seditionem faciunt
equales vero vi fiant maiores seditionem fa
ciunt et ipsi.

Non est parum quasi nihil disert ab eo quod
est nihil.

Omnis diversitas videtur sacere seditionem.
Seditiones que parue sunt primo: que sunt in
ter duos inualescunt

Principium videtur esse dimiduz vel plus q̄
dimiduz totius.

Pater et filius simili principari non debent:
nec minor et senior frater.

Si sunt plures fratres senior semper debet prin
cipari.

Qui querunt quod equele est: coguntur primi
inducere adiutoriem.

Policie maxime dissoluunt ppter iusti trans
gressione.

Contraria contrariozum sunt factiva.

Parues expense sepe facie plūmā substantiam
hericulorum est principi: subdito dare ma
gnos honores.

Ter iustitiam conservare debet.

Contumelia est causa ire.

Quod volunt potentes agunt omnes.

Regnum salvatur per amicos.

Ad alius malū mutat ad impossibilitia.

Nullus manū naturaliter mutat ad impossibilitia.
Non de facili pot̄ inuidi qui est soberus, sed q̄
est ebri nec qui est vigil: sed q̄ est dormiens.

Principes ne iuassibile a vī i maxilis sint ebrie
tates et somnia debent evitare.

Princep̄ deicola debet esse: quia min⁹ timet
homines iniustū pati a principi: si deicola
ipsum putant esse.

Princep̄ deicola debet esse pl⁹ et min⁹ ciuiū.

Portat principē bonos honorare: et ipse met
bonores eis distribuere, supplicia autem dis
tribuere non per se: sed per alios.

Princep̄ nullū magnū virū totū sui dominii
debet sacere custodem.

Si princeps aliquem a potestate sibi tradita de
ponere velit: gradatim hoc debet sacere et
non simul auferre totam potestatem.

Sexti politicozum.

Oodus libertatis ē viuere vt vult aliq̄:
qua serua non viuit et vult.

Pularitas personarū in electione presertim
pancitati, similiter magnitudo dignitatis p
fertur.

Primus populus est q̄ terre cultius est.

Agricole qui non habēt necessaria circa opera
morantur et aliena non concupiscunt.

Agricole magis appetunt lucrum q̄ honores
et ideo dilectibilis est illis labore q̄ prin
cipiari.

Non facile est permanere ciuitatem sine legib⁹
et consuetudinibus compositam.

Paucum malū citio negligitur: multuz autem
factum magis in oculis est.

Quanto aliquid peius: tanto maiori indiget
cautela.

Necessarium est in omni ciuitate: aliquid vēdi
et aliquid emi.

Praeaus non est securum sacere dominos:
quia ipsi magis indigent custodia aliorū: q̄
possunt alios custodiare.

Poportet in ciuitate aliquos esse curam deorū
habentes, s. sacerdotes.

Septimi politicozum.

Riplex est bonū, s. bonū anime: bonū
corporis: bonū extrinsecus adveniens.

Sine quatuor virtutibus cardinalib⁹, s. for
titudine: temperantia, iustitia: prudētia ne
mo dicitur beatus

Omnis excessus rerū: vel nocervl nihil perficit
animū preciosior est corpore: et omni possesso
ne et omnibus aliis bonis.

Bonum anime preciosius est omnibus bonis
Tertio deo: i bonis exterioribus nō est felicitas
qz ipse felix est qui nullo bonorum exteriororū
vatur.

Duplex est felicitas, s. contemplativa, et poli
tica, inter quas cōtemplativa est melior.

Bene regere optimum et elegissimum est

